



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

S. M. Avrelivs Cassiodorvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S. M. AVRELIUS CASSIODORVS, nobilissimâ sui temporis familiâ ortus, vir eruditissimus, primùm Comitum rerum priuatarum, inde sacrarum largitionum est insignitus: insuper Præfecturis Prouinciarum Sicilia vtriusq; Brutiorum, atq; Lucaniæ potitus, Patriciatus postea sublimè suggestum, conscendit, Palatinæ item quæsturæ munere functus; creuit in Magistrum officiorum, auctusq; etiam sublimitate Præfecturæ Prætorii, ac deniq; summi honoris verticem, A. C. DXIV. atgit Consulatum. Tandem verò seculo nuncium remisit, atq; monasterii captauit quietem: cum iam degustans spiritalis vitæ dulcedinem, cratere potitus sapientiæ, hoc ore promebat, styloq; pingebat, quo erat plenus interius: nam in fine libri de Anima: *Tibi deniq; Domino, inquit, nobilius est seruire, quam mundi regna capessere; quando ex seruis filij, ex impijs iusti, de captiuis reddimur absoluti, &c.*

Igitur se contulit in Monasterium à se constructum, *Visuariense*, siue *Castellense* dictum: quod ita instituit, vt nihil Deo seruientibus ex iis deesset, quæ Christiano philosophanti ad rerum diuinarum contemplationem conducebant. Sed quod omnibus præstat, egregiam ibidem Bibliothecam constituit, Græcis, Latinisq; libris tam profanorum, quam Ecclesiasticorum auctorum, longè instructissimam, & scholam sacrarum litterarum. Omnia eius opera, & quo fermè ordine eius libri fuere conscripti, accuratè Card. Baronius collegit, & ex eo Antonius Posseuinus.

In suo monasterio tandem sancto fine quieuit. nonaginta quinq; annos natus, A. C. D. LXXV. teste Petro Opomero in Chronogr.

Ex Baron. & Posseu.





S. MAGNVS AVRELIVS CASSIODORVS
 ORDIN. S. BENED.
*D.C. Senator per. filonomasiam dicitur. Cum ex quaestor. Sacrij Palatii,
 Magister Officiorum, atq. praefectus fuisset praetorij, instructo apud Ravennam
 Monasterio Pharianensi ubi monachus & postmodum abbas fuit, factus tandem
 sanctitate clarus atq. XCV. annos natus vita excessisse traditur. A.C. DLXXXV.*

B
 placet
 vero
 unis
 dicitur
 fulen
 hunc
 natus
 mada
 sup. o
 gorius
 pilius
 per
 nis de
 aliost
 ris as
 Adhuc
 par. Ch
 tiamore

as, vir
 largi.
 Bru.
 ascen-
 um,
 verti-
 missi,
 accedi-
 o erat
 nobi.
 ssi, de
 e Co-
 e, quz
 duce.
 tituit,
 rum.
 era, &
 lligii,
 annos

AV.

AMA 3

Y 2

B. AMA 3